

Vita Sancti Samsonis (Liber Landavensis)

edited by Ben Guy

Edited Text

Translation

Manuscript

Concordance

References

Introduction

St Samson of Dol was a British bishop who lived in the middle of the sixth century. The only credible contemporary evidence for him is a record of the Council of Paris that took place sometime between 556 and 573, and quite possibly in 561: one of the witnesses to this document is recorded with the words *Samson subscripsi et consensi in nomine Christi* ‘I, Samson, have signed and agreed in the name of Christ’ (Wood 2017: 103–5). Intriguingly, Samson is the only witness whose presence is recorded in a leonine hexameter, perhaps attesting to an aspect of his education (Davies 2002: 381). The detail of Samson’s life is known only from hagiographical accounts written about him after his death. He was born in south Wales to parents called Ammon and Anna. He received his education in the monastery of St Illtud (presumably Llantwit Major, Llanilltud Fawr), where he was ordained a deacon and then a priest by Bishop Dyfrig. He spent some time living in various locations in south Wales and Ireland, namely in the monastery of Piro on Caldey Island (where he was successively cellarer and abbot), in a fortress at Howth Head near Dublin, and in a cave hermitage near the River Severn. Eventually, others convinced him that he should be consecrated as a bishop, and the consecration was performed by Bishop Dyfrig. Shortly afterwards, he set off on a journey to Brittany, apparently at the urging of an angel. He travelled through Cornwall, where he encountered a certain Viniauuus in the monastery of *Docco* (St Kew), converted Lord *Guedianus* and his people to Christianity, and established a monastery somewhere nearby (Olson 1989: 9–18). When he finally reached Brittany, he established the monastery of Dol and other unnamed churches in the surrounding area. Only one major episode is recounted of his time on the Continent, which involved him travelling east to the court of the Merovingian king Childebert I (511–58) in an attempt to free Iudwal, son of the defeated Breton

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

count Ionas. While he was there, he vanquished a serpent that had been troubling Childebert's lands, and in gratitude the king allowed him to establish a monastery at Pentale (Saint-Samson-de-la-Roque), overlooking the lower Seine. Eventually Samson died at Dol, which would thereafter become his primary cult centre.

The First Life of St Samson of Dol is one of the earliest surviving saints' Lives concerning a British saint. It was written at Dol in the early Middle Ages. Although the dating of the text has proved controversial, with a number of dates between the seventh and ninth centuries having been proposed, new evidence adduced by Richard Sowerby has helped to encourage the view that it was composed around 700, or perhaps a little earlier (Sowerby 2011: 14–23; cf. Olson 2017: 15–16). Others, nevertheless, maintain that it should be dated later, perhaps to the late eighth century (Poulin 2017). The First Life of St Samson is divided into two books, the first describing Samson's life, as summarised above, and the second providing additional episodes that have been worked into a sermon. The text is long, well written and notable among saints' Lives for its continuity and consistency. Famously, the author of the text claims to have had access to particularly good information about his subject. The author himself had travelled from Brittany to Britain and had visited some of the significant places in Samson's life, such as Illtud's monastery. Furthermore, the author explains in his preface that, while he was in Britain, he had conversed with a man of about eighty years of age who in his youth had joined the monastery that Samson had founded (probably the one in Cornwall) not long after Samson's death (for the preface, see Olson 2017: 3–4). Moreover, the old man's uncle, a deacon called Henoc, was Samson's cousin, and had written an account of Samson that the author of the First Life had been able to use as a source. It is very likely that these claims are true; the hotly debated question concerns the extent to which the extant text reproduces this earlier source, which must have been written very close to Samson's own lifetime.

Although the Life of St Samson was revised and reworked in the ninth century and later (cf. Poulin 2009: 336–47), it is the First Life that is important in the present context, for it was this version of the Life that was rewritten and abbreviated in the *Liber Landavensis* (Fawtier 1912: 18–21; Flobert 1997: 41–2; Davies 2003: 128–9). The *Liber Landavensis* version consists of the events of Samson's life as relayed in the first book of the First Life; nothing from the second book is reproduced. Most sections of the First Life are present in some form in the *Liber Landavensis* version, though they are usually much reduced. There is one episode found in the

Liber Landavensis text that does not derive from the First Life: namely, the episode concerning Samson's attempt to deal with the sparrows that were ravaging Illtud's barley field (§9; cf. Davies 2003: 128–9). The same episode appears in the twelfth-century Life of St Illtud (VS Iltuti (Vesp), §14). It is likely that both Welsh versions of this episode derive ultimately from the earlier Life of the Breton saint Paul Aurelian, written by Wrmonoc in 884 (Cuissard 1881–3: 423–5 (§4); LWS 110–1, n. 58; cf. Davies 2003: 128–9, 194).

The only other additions to the Liber Landavensis Life of St Samson involve SS. Dyfrig and Illtud, whose roles in the early stages of Samson's career are afforded increased prominence (cf. Jankulak 2017: 177–8). This is in accordance with the overall purpose of the Life of St Samson in the Liber Landavensis. It is clear that the Life was abbreviated specifically with a view to its incorporation into the Liber Landavensis, since it there serves to provide supporting evidence for St Dyfrig's supposedly pivotal role in the early British church. It is notable that two of the chapters featuring St Dyfrig furnish him with the titles *occidentalis Britannię archiepiscopus* ('archbishop of western Britain', §2) and *beatus archiepiscopus* ('blessed archbishop', §39). Neither of the equivalent chapters in the First Life features St Dyfrig, and indeed where Dyfrig does appear in the First Life, he is given the titles *papa* ('father') and *episcopus* ('bishop') rather than *archiepiscopus* (Flobert 1997: 166, 170, 196, 208, 210, 248, 250 (i.13, i.15, i.33, i.34, i.43, i.44, ii.7)). The Life of St Samson was used in other ways to support the purposes of the compiler of the Liber Landavensis. Most obviously, in the Life of St Dyfrig there is a story (§16) that has been borrowed wholesale from the Life of St Samson (§§27–9 of this version), but in the Dyfrig version it has been reworked so that the miracle is performed through Dyfrig rather than Samson.

It has been argued that the emphasis placed by the Liber Landavensis on the relationship between Dyfrig, as archbishop, and Samson, as his subordinate bishop, was designed to rebuff a claim made by St Davids in a letter addressed to Pope Honorius II (1124–30). The letter claims that Samson was David's successor as archbishop of St Davids, and that the original pallium of St Davids had been removed when Samson, fleeing from the plague, had carried it away to Brittany, where he would establish the archbishopric of Dol (Davies 2003: 65). However, the letter to Honorius is preserved only in Gerald of Wales's *De Inuentionibus*, written in c. 1203, and its authenticity has been doubted, since it appears to quote Geoffrey of Monmouth's *De gestis Britonum* (cf. Barrow 1998: 4; the opposite view is adopted in Brooke 1986: 21, n. 23, 22, n. 26).

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

The latter was completed by 1138, after the reign of Honorius II and most probably after the Liber Landavensis had been written.

Vita Sancti Samsonis (Liber Landavensis)

edited by Ben Guy

Introduction

Translation

Manuscript

Concordance

References

Edited Text

Summary

St Samson was a native of South Wales who lived in the middle of the sixth century. He is best known for founding the church of Dol in Brittany. The version of the Life of St Samson in the Liber Landavensis is mainly an abridgement of the early medieval First Life of St Samson, though the Liber Landavensis version lays greater emphasis on Samson's interactions with the southern Welsh saints Dyfrig and Illtud (Fawtier 1912: 18–21; Flobert 1997: 41–2; Davies 2003: 128–9; Jankulak 2017: 177–8).

Text

Incipit vita sancti Sansonis, archiepiscopi et confessoris.

§1

Fvit vir Amon regali prosapia de regione Methiana, et uxor eius Anna. Cuius frater Umbrafeles iunior se accepit Annę uxoris sororem Affrellam in uxorem, quę tres filios genuit.

§2

Anna uero diu sterilis remansit. Ambo steriles, ambo dolentes pro nimia sterilitate sua, et timentes post obitum suum caput totius parentelę ne sua hereditas nullo posse medicamine medicinari, nullo posse conamine auxiliari. Appropinquantes nimium sepulturę et senectuti, et fere sine spe prolis, dixerunt ad inuicem, 'Nunquid Elisabeth, sterilis post nullam spem prolis, facta est fecunda de tanto Iohanne? Nunquid Deus, qui cuncta creauit ex nichilo, equalis semper per secula, idem et inenarrabilis et mirabilis, et cui omnia possibilia, que uerbo quę opere quę

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

cogitatione premeditantur et operantur, omnia sibi manifesta, et quę nobis preterita, presentia et futura sibi omnia presentia, et qui, uoluntate sua, redemit humanum genus ab errore suo et ab antiqua fece, ille idem in omnibus nos peccatores liberet ab orbitate et sterilitate ista? Faciamus igitur ieiunium et orationem et elemosinam, ut qui Sidrac, Misac et Abdinago, tres pueros in camino, liberauit ab incendio et carcere suo ipse nos liberet a peccato et cum prole faciat nos letari, fecundos et cum hereditario.’ Facta oratione cum ieiunio, deprecati sunt Dubricium sanctum, occidentalis Britannię archiepiscopum, simulque abbatem Ildutum, ut eorum deprecatione sibi prolem summus Creator et Gubernator redderet, et quam, illis uouentes Deo, si tribueret, summopere ad scientiam litterarum et ad diuinum officium peragendum, illis nominatim rederent. His peractis, audierunt quendam librarium uersus aquilonem, longinquam terram habitantem, uera multis prophetantem, cum muneribus ad quam processerunt.

§3

Et die tertia ad ipsum peruenerunt. Quos ille benigne hospitio recipiens et causam itineris exposuit, dicens, ‘Causam scio aduentus uestri. Fac uirgam argenteam coequatam tuę uxori et eroga pauperibus Christi, et habebitis prolem et placitum desiderii uestri.’ Quod Ammon audiens dixit, ‘Tres dabo argenteas sibi coequatas.’

§4

Nocte sequenti, beata Anna uidit per somnium sibi dicentem angelum: ‘Dominus confortare dignatus est merorem tuum, et lacrimę tuę uertentur tibi in gaudium. Nam paries filium et uocabis Sansonem episcopali officio condignum, et ipse erit septies candidior argento illo quod tuus maritus donauit pro te Deo.’

§5

Cuncta quę ab angelo audiuit, ex re facta uiro replicauit. Librarius, mane consurgens, Annam allocutus est, dicens, ‘Michi hac nocte Dominus reuelauit de te et de tua prole: talem Britannia nunquam genuit, nec umquam generabit. Nam ut dicitur, “mirabilis Deus in sanctis suis.”’

§6

Deprecatione sanctorum uirorum, concepit mulier et peperit filium. Imposito sibi nomine a beato uiro Ildvto Samsone, quoniam ipse de sacro fonte leuauit et baptizauit. Et reductus ad paternum limen, creuit de die in diem infans honestę, personę et stature. Statim post tempus suę maturitatis moderatę, amabilis uultu et hilari specie, non tam parentelę, uerumetiam genti extraneę. Qui cum

crescebat in corpore, crescebat in sapientia et equali discretione. Qui cum loquebatur, audiebatur et mirabili audientia pro nimia sagacitate, in tantum quod clerus et populus, a primeua etate, dicebat, 'Puer iste, uir nobis, futurus solamen et spes totius patrię, uir mirabilis memorię et summę prudentię, et, ut dicitur, filius bonus gaudium totius parentelę.'

§7

Dormiente patre Ammon quadam nocte ex abrupto stupefactus est et expergefactus pro nimia et horribili uisione, et clamans dixit, 'O quam pauidus cur tremesco! O quam indebilis sentio! Uix manum leuare nec pedem mouere conualeo.' Audito ab uxore sua clamore simul et stupore ipsius, domino dixit, 'O pie, o marite! Clamas; quid clamasti? Luges; unde luctus tibi? Aut infra somnium, aut ante aliquid inconueniens uidisti? Quod solitum ut quicquid aliquis ante dormitationem precogitat, hoc idem in eadem euenit.' Qui dixit, 'Cogitabam quidem de unico filio meo, et prenotabam qualitates suas honestas in omnibus, et regię curię aptas ut decet et parentelę, nec ad alium usum preparandas nisi ad regendum populum suum gladio et laicali iustitia. Quod impie, quod iniuste nunc cordi meo sedet de iniqua precogitatione, ut quod michi Deus dedit ad tempus ut consolarer, et quod sibi ante tempus concipiendi promisi et post tempus parturiendi sibi ipsi et summo patri meo Dubricio et patrono Ilduto pepigi, et in primeua etate hoc idem auferre uolui. Nunc quem proposui hereditarium in seculo, hereditarius sit amodo in paradiso, ut simus simul participes perhenni solacio et palatio.' Ambo consentientes ad unum pater et mater duxerunt filium unicum uoluntarium bene agendum, et quamuis pusillus parebat in specie, tamen pre nimio gaudio optabat iterum Ildutum adire et uidere.

§8

Et commendatum sibi in perpetuo filium cum esset annorum .v. edocuit. Et ad litterarum studium coetaneos suos deuicit, vt, qui statim erat discipulus, efficiebatur eorum miro modo magister simul et discipulus; adeo diligebat eum magister et dominus sanctus Ildutus ut omnibus horis pre cunctis scolaribus eum cariorem in cunctis, et cum eo diligentius seruiebat ecclesię.

§9

Sanctus Ildutus, laborans ut requiesceret, et uiuens labore ut uiueret, habebat satum unum, ad quod seruandum autumnali tempore uice mutua mittebat discipulos, ne passeret ex solito segetem ordeı consumerent. Tandem ad fratrem Samsonem peruenit obedientia, et cum summa letitia iuit ad custodiam. Inuentos omnes passeret albos coadunauit uolatiles, uelut campestris oues, et

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

duxit ad horrevm. Clauso hostio, rediit tamen ad segetem, et ibi nullo tamen passere manente obdormiuit per spatium. Consocii quidem, mirantes de tanta Samsonis mora et tamen tacti quadam inuidia, dixerunt, 'Eamus et uideamus nescienter quid faciet amabilis puer'. Et inuentum illum in somno lętati, redierunt ad magistrum. Et simul cum magistro redierunt ad puerum, et dixerunt ad illum, 'Quem diligitis, inuenimus somnolentum inobedientem et pigrum.' Peruenientes ad illum, excitauerunt dicentes, 'Puer, nunquid dormiunt passeret, inimici tui et nostri? Nunquid funda tua omnes interemisti? Qui tamen, discrete et sine aliquo feruore, dixit, 'Inueni uastatores in segete, et auxiliante Deo reseruo eos communiter nobis et uobis in carcere.' Et ait, 'Reseruatis illis omnibus in horreo, nunquam oportebit nos amplius habere huiusmodi curam aut custodiam.' Et ita factum est. Abbas Ildutus, sancti Germani discipulus, humana et diuina peritus, genere magnificus, et futurorum prescius, gratias Deo agens, et, respiciens in celum, dixit, 'Hunc Deus Samsonem dignatus est nobis mittere patrię lumen. En caput augustum omnium nostrum, et pontifex summus multum ęcclesię Dei profuturus! En egregius sacerdos! En peritissimus fundator ecclesiarum post apostolos!' Miro modo, in tantum conflagrauit in eo caritas et sapientia ut, in paucis annis, magistrum uideretur excellere prudentia. Cum quo duxit uitam sanctam per dies et tempora, uitam preclaram¹ et honestam, quę, cum ducebat in longius, emendebatur in melius. Quod ore loquebatur, corde credebat; quod credit, diligebat.

§10

Quadam namque die ille et magister eius quandam profundam questionem inuenientes nec explanare ualentes. Sanctus Samson ieiuniis et uigiliis incubuit, rogans per Dominum quod per magistrum non potuit. Tertia nocte ieiunii audiuit uocem dicentem sibi, 'Ne amplius fatigeris, hęc et quęcunque a Deo petieris impetrabis.'

§11

Quodam itaque estiuo tempore, dum fratres ad purgandam messem ibant, ilider de rubo exiliens fratrem quendam momordit in unguine. Quem extremum anhelitum iam trahentem, sanctus Sanson serpentino morsu signum sanctę crucis imposuit et aqua oleo² mixtum dedit, et fratribus incolumem reddidit.

¹ **preclaram** pleclaram L.

² **oleo** oleo oleo L.

§12

Beatus uero Eltutus, uidens sanctum Samsonem in uirtutibus crescere, fecit eum diaconatus ordinem consecrare. Cumque episcopus nomine Dubricivs missam ordinationis eius celebravit una cum magistro Eltuto, columbam celitus emissam super sanctum Samsonem mirabiliter stare uidit. Et cum super eum episcopus manum leuauit, columba³ in dexteram⁴ scapulam eius descendit et ibi consedit quandiu episcopus officium celebravit.

§13

Non multum post hæc annis transactis, ab eodem episcopo consecratus est in ordinem presbiteratus. Sed et columba de celo super eum sicut prius descendit, et electum Dei innocentia signauit.

§14

Hic uero Eldutus in suo monasterio duos nepotes habuit germanos, quorum unus sacerdos, alter autem sine gradu eius fuit cellerarius. Sacerdos uero cupiens post auunculum possidere monasterium, sed metuens sanctum Samsonem, ne ob gratiam uirtutum ad abbatem ab omnibus eligeretur, et ipse sic monasterio priuaretur, mortiferum cum fratre iniit consilium. Nam eiusdem loci fratres habebant in consuetudine potionem herbarum post missas habere. Cellerarius, fratris sui consilio, uenenum confecit et per pelacem mortiferum esse probauit, et in scifum sancti Samsonis fudit. Quod ille per spiritum sanctum intelligens potumque benedicens totum bibit, nichil mali ex eo sentiens.

§15

Eodem die post prandium, sanctus Samson cum cellerario amicissimum habuit colloquium. 'Mi frater dulcissime, sanet te Deus ab omni egritudine, quia magnam sanitatem corpori meo poculum prebuit quod mihi dedisti hodie.' Hæc illo audiente, compunctus ingemuit, fratremque suum, nefandi incentorem, penitere commonuit. Sed noluit.

§16

Sequenti dominica die, cum idem sacerdos sacram communionem de manu sancti Samsonis suscepit, eodem momento Diabolus eum arripuit. Ille autem psallens se ilico totum dilanians et

³ **columba** colu~~xx~~ L (corrected by a later hand).

⁴ **dexteram** dexterram L.

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

labia mordens, astantibus dixit, 'Quid hic statis? Si Samsonem dominatorem mei presentem non uiderem, minime de uobis curarem.' Ildutus uero, ut hec uidit, ligari eum ac foras duci eum iussit. Frater autem eius hec audiens utrorumque culpam monstrauit, et ueniam a sancto Samsone postulauit.

§17

Sanctus uero Samson dolore commotus fleuit. Aquam et oleum benedixit, et dari ei ad gustandum precepit; et sic eum a Diaboli laqueis liberauit. Itaque factum est iusto Dei iudicio, ut primatum quod nequiter quesiuit nunquam habere potuit.

§18

Erat autem non longe ab hoc cenobio insula quedam, in qua monasterium erat constructum a uiro nomine Piro.

§19

Illuc sanctus Samson, Deo ducente ac magistro fauente, festinanter perrexit, et ibi gloriosam et angelicam uitam duxit. Amabilis moribus, piis insistens operibus, peruigil in orationibus.

§20

Post hec autem, quodam hiemis tempore, pater sancti Samsonis, graui infirmitate depressus, a suis commonitus est uicinis ut, iuxta morem, susciperet sacrificium communionis. Ille uero obnixè affirmauit nunquam se mortem gustaturum, nunquam sacrificium sumpturum, nunquam sanitatem recepturum, priusquam Samsonem filium suum uideret, ac per ipsum pariter corporis et animę sanitatem reciperet. Parentes ergo ad eum legatos miserunt, poscentes ut patrem in confinio mortis decubantem uisitaret.

§21

Sanctus uero Samson dolore commotus, ait, 'Potens est Deus absque me egrotantem sanare.' Tandem, abbatis precibus conuictus, legatos remisit et se uenturum esse concessit.

§22

Mane itaque facto, abbatis sui benedictione accepta cum iuueue diacono cepit iter agere. Cumque per uastam solitudinem perrexissent, horribilem uocem iuxta se audierunt. Ad hanc uocem, diaconus perterritus equum dimisit et, pallium suum proiciens, in fugam se conuertit. Quem theomaca ursuta et cornuta cum lancea trisulcata, per uastas siluas uolitans, seminecem prostrauit.

Beatus uero Samson, intrepidus progrediens et theomacam a longe fugientem aspiciens, clamauit post eam, dicens, 'In nomine Iesu Christi impero tibi, expecta et loquere mihi.'

§23

Cui ille dixit, 'Quis es tu?' Illa respondit, 'Theomaca sum. Nam parentes mei huc usque preuaritores uobis extitere, et nemo in hac silua remansit nisi ego de meo genere. Habeo octo sorores et matrem quę adhuc uiuunt et in ulteriori silua degunt. Et ego marito tradita sum in hac heremo, sed quia mortuus est recedere de hac silua nequeo.' Cui sanctus Samson ait, 'Potesne fratrem quem percussisti rediuuium reddere, et a malo declinare?' Respondit, 'Nec illum possum sanare, nec in melius reparari,⁵ quia ab infantia semper male uixi.' Beatus Samson dixit, 'In nomine Iesu Christi, precipio tibi ne amplius hominibus noceas, sed citissime ab hac uita discedas.' Quę statim saltum dans precipitem, corruit et expirauit.

§24

Sanctus Samson reuersus ad fratrem pene mortuum, more Helisei, os ori ac membra membris composuit, et sic illum sanitati restituit.

§25

Itaque ceptum iter perrexerunt. et die tertia ad Ammonem peruenerunt. Ammon uero, ut eos uidit, cum ingenti letitia dixit, 'Ecce auxilium corporis et anime mee, quod mihi Dominus per somnium dignatus est demonstrare!' Ipso namque die per benedictionem sancti Samsonis a morbo conualuit. Ac supplici petitione, una cum fratre suo Umbrafele, monachicum habitum suscipere meruit. Sed et uenerabilis Anna, cum Affrella sorore sua, eius benedictione est consecrata. Partim substantiarum pars pauperibus erogauit, partim ad monasterium construendum commisit, partim matris et fratrum usui concessit. Ordinatis omnibus per gratiam sancti spiritus, assumptis patre et patruale, per aliam quam uenerat uiam ad suum monasterium reuersus est.

§26

Per eandem quoque uiam serpentem mirę magnitudinis repperit, quem solo sermone prostrauit.

§27

Cumque ad monasterium redirent, Dvbricivm episcopum initiante quadragesima ibi commanentem inuenit.

⁵ reparari reparrari L.

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

§28

Episcopus autem, ad se diaconum conuocans, et ab eo cuncta quę gesta fuerant in uia condiscens, maximo cum honore sanctum Samsonem sociosque suos suscepit. Et eodem die, sanctum Samsonem cellerarium illius loci constituit. Ille uero, ac si iussus esset diuinitus, cum magna diligentia seruiuit fratribus, et in quantum potuit ministravit pauperibus.

§29

Sed frater qui ante eum fuerat⁶ in eodem ministerio, eius operibus bonis inuidens, dicebat sanctum Samsonem omnia in effusionem fenerasse et lenternas melle plenas indecenter euacuasse. Quod episcopus audiens et rei ueritatem scire cupiens, cellarium intrauit. Quod beatus Samson per spiritum sanctum agnoscens lenternas quas euacuauerat,⁷ signum crucis composuit, et easdem episcopus plenas repperit. Episcopus autem admirans Samsonem spiritu sancto plenum esse credit, et in sullimum officio dignum esse iudicauit.

§30

Post hec paucis interiacentibus diebus, Piro morte preuentus, sanctus Samson ad abbatem illius monasterii ab omnibus est electus. Obediente autem illo non uoluntarie, primatum anno tertio et dimidio illius congregationis tenuit.

§31

Postea uero quam, peritissimi Scoti, Roma reuertentes, ad eum uenerunt, quos perscrutans sapientes agnouit. Et episcopo permittente, cum illis ad patriam illorum abiit. Ibi que aliquantulum demorans, ab omnibus religiosis ut angelus est receptus. Cecos illuminauit; leprosos mundauit; demones ex hominibus fugauit; et cunctis uiam salutis monstrauit.

§32

Cunque in arce demoraretur, uolens ad patriam reuerti, et nauis iam parata inueniebatur. Et ut nauim ascenderet a nautis precabatur, quibus ipse respondit, 'Opera Dei prius faciemus quam ab hac prouincia nauigemus.' Nautę uero, ad irancundiam prouocati, carbasa suspendebant. Quibus ipse ait, 'Ite in pace hodie reuersuri, et simul erimus cras ituri.' Euntibus autem illis, ecce quidam uenit ad eum, rogans ut proximum monasterium uisitaret, dicens, 'Abbatem nostrum Diabolus inuasit et alligatum tenet, qui te uidere desiderat.' Sanctus Samson cum illo perrexit et eum

⁶ fuerat fuerant L (corrected by a later hand).

⁷ euacuauerat euacuauer~~x~~ L (corrected by a later hand).

alligatum repperit. Qui, in occursum eius, magna uoce clamauit, 'En quem semper quesui! En quem uidere tota deuotione desiderau!' Orante sancto Samsone, sanitati redditus est energuminis. Monasterium relinquens, sanctum Samsonem est secutus.

§33

Benedictis in monasterio fratribus abiit, et ad portum nauim iam reuersam sicut predixit inuenit. Mane cum sociis nauim conscendit. Et prospero uento, insulam in qua prius habitauerat altera die petiit. Ingressus itaque monasterium, patrem et patruum pre ceteris degentibus laudabiliter in conuersatione proficere inueniebat, et ex hoc Omnipotenti gratias referebat.

§34

Sumens itaque patruum Umbrafelem, presbiteratus officio iam perfunctum, ad monasterium in Hibernia abbatem misit in quo priorem a Diabolo⁸ liberauit. Beatus uero Samson, cum Ammone et supradicto abbate et quodam fratre presbitero, uastissimum heremum adiit, ac iuxta Habrinum flumen tugurium et in eo fontem dulcissimum repperit. Ibi patrem cum duobus sociis collocauit.

§35

Ipsa, interius heremum progrediens, secretissimum specum inuenit. Hostiumque eius ad orientem situm, eumque quasi a Deo preparatum adamauit. Et in eo fontis uenam precibus promeruit. Vbi soli Deo, sine intermissione, uacabat; uersutias Temptatoris non timebat. Angelorum assuetus colloquio, per quos se commendabat Altissimo. Per cunctos autem dominicarum dies, tres fratres uisitabat quos⁹ in heremo collocauit, et communionem ab eis accipiebat.

§36

Facto itaque sinodo, ac percunctantibus terrę principibus ubi nam sanctus Samson habitaret, affuit quidam qui dicebat se scire speluncam in qua celestem uitam ageret. Missus itaque cum ceteris precibus, ad sinodum pertrahunt; uidentes eum quasi angelum, excipiunt abbatemque nolentem in monasterio a sancto Germano constructo constituunt. In eodem itaque monasterio,

⁸ Diabolo diaboz L (corrected by a later hand).

⁹ uisitabat quos quos uisitabat L.

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

pro reuerentia, habebant, id est, in cathedra beati Petri apostoli, consedere episcopos cum conuenerant.

§37

Factum est autem annuali festo appropinquante, episcopique consuetum expectarent conuentum. Quadam nocte, uidit sanctus Samson circumseptari densissimis candidatorum turmis, et tres egregios episcopos, diadematibus ornatos aureis in faciem, sibi assistere, atque cum illis ecclesiam ingredi et orare. Quorum nomina causamque aduentus eorum subtiliter et humiliter requisiiuit. Cui princeps uisionis dixit, 'Ego sum Petrus, Christi apostolus, et hic frater Domini Iacobus, et Iohannes euangelista. Dominus Iesus Christus te sibi in presulem preelegit, et te consecrare nos misit.' Quem cum benedictione celesti confirmauerunt, ab oculis eius elapsi sunt. Episcopi autem, ad diem condictum uenientes, duos secum ordinandos adducentes, ad honorem Sanctę Trinitatis tres ordinare uolebant. Sed quem eligerent ad hoc ignorabant. Nocte itaque sequenti, beato Dubritio angelus Domini astitit, eique sanctum Samsonem ad episcopum ordinare precepit. Beatus uero Dvbritius, pre gaudio angelicę uisionis, in unum conuenire fecit fratres congregationis, et ouanter quod ab angelo audierat exposuit eis.

§38

Statimque omnes occlamantes Deo gratias egerunt, eumque cum ceteris in cathedra episcopali collocauerunt. Omnes ergo qui aderant columbam celitus emissam super eum dum consecraretur immobiliter stare uidebant. Eadem namque die, sancto Samsone sacrosancta misteria celebrante, beatus Dvbritius, cum duobus monachis, uidit columpnam ignis de ore eius chruscando procedere. Ille uero, omni tempore uite sue, quando missam celebrauit, angelos assistentes sibique in altaris sacrificio seruientes uidere promeruit.

§39

Quadam autem nocte resurrectionis Dominicę, uigilante illo et orante in templo, angelus Domini cum magna claritate astitit, et ne timeret confortauit, dicens, 'Samson, Deo dilectissime, uiriliter age; de nostra et de cognatione tua egredere. Predestinatus es enim a Deo ultra mare fundator monachorum magnificus, rectorque in populo gloriosus.' Autem similia alia beato uiro angelus per totam noctem gratulando predixit. Et mane ueniente, clero et conuocato, nil resistens uisioni angelicę, immo obtemperans¹⁰ cum summa caritate, dixit, 'O pater sancte, cuius manus

¹⁰ obtemperans obtemperans L (corrected by a later hand).

impositione sullimatus sum, quamuis indigne, cogit me angelicus uisus fines natiuos relinquere et ultra marinos festinanter adire, et nominatim ad Armoricas terras¹¹ Brittanicę gentis transire.’ His auditis, beatus archiepiscopus Dubritius non dubitauit uirum permittere inter Brittanos, eo quod linguę et sciens illum precinctum diuino robore et ornatum moribus cum sanctitate. Dixit, ‘Esto uir robustus; pugna in acie. Hinc te conducant preces Britannię cum gaudio et cum alacritate.’ Et data sibi benedictione patris Dubricii abbatisque Elduti et totius cleri et populi, recessit. Consummato itaque pascalis sollempnitatis officio, ac preparato nauigio, assumptis quibusdam secum fratribus citra Abrinum mare perrexit. Terram matremque suam uisitauit, et ecclesiam ab ea factam consecrauit, multosque egrotos illis in locis sanitati restituit.

§40

Postquam matrem ceterosque parentes plene¹² de uerbis Domini instruxisset, Deo ducente, Auferreum mare cum sociis transfretauit.

§41

Cunque per quendam pagum quem Tricurrium uocant transiret, uidit ibi homines profano ritu bachantes idolum quoddam adorare. Quo uiso, sanctus Samson ingemuit, eosque precibus et doctrinis commonuit ut idola, humano generi inimica, relinquerent, unum et uerum Deum qui in cęlis est adorarent. Cui comes eorum Gedianus respondit, ‘Deum quem predicatis ignoramus. Deos uero quos coluerunt patres nostri hos adoramus.’ Dum hec loquerentur, puer¹³ quidam, equo insedens et circa idolum currens, ad terram corruit, fractoque collo mortuus iacuit.

§42

Flentibus cunctis, sanctus Samson dixit eis, ‘Ecce potestis uidere quod simulacrum uestrum non potest huic mortuo uitam reddere. Si uolueritis idola uestra destruere et in Deum meum credere, inuocato nomine¹⁴ Domini faciam mortuum uestrum resurgere.’ Illis autem adquiescentibus, sanctus Samson profusis ab eo precibus mortuum uitę reddidit palam omnibus. Super hec, mira et inaudita attoniti uisione, omnes unanimes idola destruentes, baptizati sunt, in Iesum filium Dei credentes.

¹¹ **terras** ~~xxx~~ L (reading supplied by a later hand).

¹² **plene** pleni L.

¹³ **puer** ~~puxx~~ L (corrected by a later hand).

¹⁴ **nomine** nomen L (corrected by a later hand).

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

§43

In eadem nanque prouincia serpens quidam mirę magnitudinis erat, qui mortifero flatu suo pene duo pagos deleuerat. Quo comperto, sanctus Samson, miserię hominum condolens, puerum nuper resuscitatum secum assumens, et iam precedente cum eo Gediano comite cum uniuerso populo, ubi serpentem in antro latitare nouerant perrexit. Postera nanque die, illuscescente sole, antrum ubi serpens inerat ultra quoddam flumen uidere. Ibique sanctus Samson comitem cum populo dimisit. Ipse, cum puero nuper suscitato, ultra flumen processit. Cumque ad hostium antri perueniret, eminus puerum stare precepit. Ille uero, signo sanctę crucis munitus, confestim antrum intrauit. Atque serpentem linea zona qua erat precinctus circa collum ligauit. Trahens eum foras, de quadam grandi altitudine precipitauit, precipiens ei in nomine Domini ne amplius uiueret. Puer autem recurrit et comiti Gediano Deique populo quę uiderat nuntiauit. Omnis itaque populus super hac uisione magna gaudebat, et laudes Deo sanctoque Samsoni ex intimis profundas uisceribus proclamabat. Cui sanctus Samson precepit ut monasterium prope antrum construeret. Ipse uero interim in antro ieiuniis et orationibus incumbebat.

§44

Vbi fontis uenam precibus promeruit, quę usque hodie fluere¹⁵ non desinit.

§45

Cunque populus monasterium perfecisset, et hoc beatus Samson dedicasset, patrem suum Ammonem, et cum eo consobrinum suum, in eodem constituit. Ipse in Britanniam cum suis, Deo ducente, nauigauit. Cunque in portum peruenisset atque de nauis descendisset, uidit iuxta portum tugurium, et in eo quendam priuatum miserabiliter plorantem semperque ad mare aspicientem. Cui Samson ait, 'Frater, quid ploras?' Qui dixit ei, 'Vxorem habeo leprosam in hac mansione, et filiam demoniacam, quas michi Dominus sanare promisit per quendam transmarinum. Quem triduo hic expectans spero uenturum in hunc portum.' Beatus uero Samson, hec audiens, atque cum eo domum suam introiens, super eas supplex orauit sanitatque restituit. In eadem itaque mansione aptissimum repperit locum, in qua honorificum construxit monasterium, quod usque hodie Dolum nuncupatur. Vbi plurima insignia uirtutum miracula fecit, atque per prouincias multa monasteria construxit.

¹⁵ **usque hodie fluere** These three words appear to have been written over an erasure by a later hand. The erased words are no longer visible.

§46

His namque¹⁶ diebus comes commotus externus, seuus et infaustus,¹⁷ omnibus Britannis preerat; qui Ionam, Britannorum indigenam comitem, occiderat, filiumque eius Iudualum¹⁸ regi Hildeberto et reginę in captiuitate custodiendum tradiderat. Quo audito, sanctus Samson miserię eorum condoluit, et ad regem Hildebertum festinanter perrexit, cupiens Iudualum¹⁹ captiuitate redimere et populum externo iudice liberare.

§47

Ingrediēte beato Samsonē regis palatium, quendam comitem ibi repperit energuminum, quem benedicto oleo in facie et pectore perunxit et sic de Diabolo liberauit.

§48

Rex autem, cum hec audisset et quod pro Iudualo sibi supplicare uenisset, inito cum suis obtimatibus consilio, beatum Samsonem digno cum honore suscepit, et secum prandendum impetrauit. Regina uero, cum Iudualum uinctum in sua captiuitate teneret et eum dimittere nollet, beatum Samsonem precibus eius obsistendo uerbisque contumeliosis concrepando irritauit. Et ut eum perderet, mortiferum sibi poculum preparauit. Cumque rex et beatus archiepiscopus ad epulandum consedisent, et omnes qui aderant de eius aduentu gratulassent, regina, instigante Diabolo, in uitro uenenum uino miscuit, et beato Samsoni ad bibendum per suum ministrum optulit. Tum ille, diuinitus nimirum inspiratus, uitro signum crucis imposuit, uitrum autem in quattuor partes crepuit. Et effuso super manu tenentis ueneno, cunctis intuentibus, usque ad ossa corrosa est cutis et caro. Tunc beatus Samson ait, 'Non est conueniens hoc poculum ad bibendum.'

§49

Turbato itaque rege, cunctisque admirantibus, beatus Samson manum lesi consignauit et ex integro restaurauit. Postquam pransissent, beatus Samson, rege concedente, ad locum ubi Iudualus seruabatur festinauit. Cui obuiam regina equum furibundum ut eum perimeret

¹⁶ **namque** This word appears to have been written over an erasure by a later hand. The erased word is no longer visible.

¹⁷ **infaustus** incaustus L.

¹⁸ **Iudualum** indualum L.

¹⁹ **Iudualum** indualum L.

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

destinauit, quem mox electus cum cruce consignauit, suaque sella superposita conscendit. Tamque mite²⁰ processit quasi ipsum Rex cęli sub suo milite domuerit.

§50

Adhuc etiam, indurato²¹ corde, ferocem sibi obuiam leonem cum custodibus ut eum inuaderet direxit. Sed electum Dei dextera protexit, et ueluti conto leo percussus se in fugam conuertit. Beatus uero Samson, aspiciens post eum, ait, 'Impero tibi in nomine Iesu Christi ne cuiquam amplius noceas, sed ut uelociter pereas.' Qui statim saltum dans precipitem, expirauit. Videns autem rex tanta mirabilia in sancto Dei, Iudualum catenis adductum donauit ei. Regina quoque, cum suis fautoribus eius pedibus prostrata, ueniam postulauit a sancto.

§51

Quo facto, omnes per gratiam Dei compagati nimiumque letificati, rex ait beato Samsoni, 'Est serpens in hac prouincia, cirium quoque habitantes graui affligens pestilentia; et quia te uidemus uirtutibus fulgere, rogamus ut nos digneris ab eo liberare.' Cui sanctus Samson dixit, 'Inuenite ductorem itineris, et in Dei uirtute expellam eum partibus uestris.' Itaque ductore inuento, duobus secum fratribus assumptis ceterisque cum Iudualo in palatio relictis, uiam carpebat subito, confidens et exultans semper in Domino. Cumque ad antrum ubi serpens inerat peruenisset, ibique flexis genibus Dominum exorasset, serpentem per collum arripuit et extraxit, et ultra flumen quod Sigona uocatur natate et ibi sub quodam lapide manere precepit.

§52

Quem paulo post solo sermone in mari demersit. In eodem namque loco monasterium construxit, et in eo fratres Christo seruitvros collocauit. Denique rex Hildebertus²² pro tam magnis uirtutibus beatum Samsonem plurimum adamauit, sibi que ingentia gratanter dona tribuens, in auro scilicet et argento, in uasis pretiosis, in prediis, et in possessionibus plurimis; se suis orationibus commendauit. Accepto secum itaque Iudualo, Lesiam Angiamque adiit, ibique exercitum congregauit et cum eo in Britanniam rediit. Beato igitur Samsone ieiunante et orante, atque Iudualo cum exercitu contra Commorum preliante, Iudualus sancti precibus hostem uno ictu prostrauit. Et ex inde ipse et generationis eius successores super Britanniam dominium tenuit. Mox autem, Iudualus a suis ouanter susceptus et in ducem totius Britannię electus, seipsum cum

²⁰ **mite** mitem L.

²¹ **indurato** induratum L.

²² **Hildebertus** hildebtus L (corrected by a later hand).

cunctis ad se pertinentibus beato Samsoni mancipavit, et orationibus eius deuote commendavit. Gratias agat dux redemptori; exultat populus commissus tanto pastori. Vnde principatus totius Britannię apud Dolvm iuste constare uidetur usque hodie. Nam quantas uirtutes per eum Dominus ultra citraque mare fecerit, quantumque doctrina claruit, nullius scriptoris uel doctoris eloquentia comprehendit.

§53

Perfectus itaque uita et etate cunctisque adornatus uirtutibus, acri morbo correptus, in Dolo monasterio circumflente clero, corpus seculo animam reddidit celo. Clerus sanctum corpus cum unguentis sepeliebat, ipsoque audiente celestis exercitus animam cum ymnis et laudibus ad Christum deducebat. Signum autem beatitudinis eius apud nos habemus, in his scilicet miraculis que²³ cotidie per eum facit Deus ad laudem et gloriam nominis eius, qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto uiuit et regnat, Deus per infinita secula seculorum amen. Finit amen.

²³ que que L (with a cedilla underneath the q).

Vita Sancti Samsonis (Liber Landavensis)

edited by Ben Guy

[Introduction](#)

[Edited Text](#)

[Manuscript](#)

[Concordance](#)

[References](#)

Translation

Here begins the Life of Saint Samson, archbishop and confessor.

§1

There was a man of royal stock called Ammon from the region of *Methiana*,¹ and his wife Anna. His younger brother, Umbraphel, took as his wife Affrella, sister of Ammon's wife Anna, and she gave birth to three sons.²

§2

